UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinger, Joseph

[S.l.], Anno MDCLXXXII.

Censura.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45295

Visual Library

ſerviátque non parum ad S. Ordinis noſtri notitiam & honorem. Actum in præfato Monaſterio noſtro Maris-ſtellano ſub impreſſione ſigilli noſtri Abbatialis ac propriæ manus ſubſcriptione. Calendis Octobribus. 1680.

F. Nicolaus Abbas Mariſt.
Vicarius Generalis.

CENSURA.

EGo infrà ſcriptus Sacras Ephemerides *ANNI CISTERCIENSIS*, ſive Sanctorum ac Beatorum ejuſdem Ordinis, eleganti ſimul ac pio compendio à Monaſterii Maris-ſtellani *Religioſo* religiosè conſcriptas, de gratioſo Reverendiſſimi Domini mei Abbatis mandato perlegi. Et quia in hoc opere non tantùm nihil deprehendi Saniori Doctrinæ, vel bonis moribus repugnans: ſed potiùs ſaluberrima ad pietatem (quæ, juxta Sapientis oraculum, ad omnia utilis eſt) tam Monaſticam quàm Chriſtianam incitamenta: imò & Verbi Divini in ſacro ſuggeſtu Expoſitoribus copioſum exemplorum ac Sententiarum apparatum: laudabilem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dabilem denique conatum producendi in apertum orbis theatrum ſacri Inſtituti noſtri glorioſa ſanctimoniæ ornamenta, hactenus in majoribus ſolummodò voluminibus delitescentia: meritò digniſſimum Cenſeo, ut eâdem manu, quæ ſtylum duxit, novâ dexteritatis induſtriâ, prælo ſubdatur, & tum ad animarum ſalutem, cùm Ciſtercienſis nominis honorem, in publicam lucem prodeat.

Fr. Victor Oſvvald
Prior Mariſſtellæ, SS. Theol. Profeſſ. Ord.

APPROBATIO.

ANNUM CISTERCIENSEM ab aliquo Cœtûs Mariſſtellani Religioſo compoſitum, juſſu Superiorum meorum debita cum diligentia perlegi. In quo nedum nihil Orthodoxæ Fidei, aut bonis moribus contrarium inveni, verùm acta Sanctorum ac Beatorum ſacri Ordinis Ciſtercienſis eâ methodo propoſita, quatenus cuilibet religioſæ menti ex hiſtoria *Diſciplinam*; *Bonitatem* ab Affectibus; ex Melliflua S. P. N. BERNARDI doctrina, *Scientiæ* ſalutaris eruere ſuccum liceat. Dignum itaque publica lucè cenſeo.

F. Bernardus Sury,
SS. Theol. Prof. Not. Apoſt.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN